

ACADEMIAE LVDOVICIANAE

RECTOR

D. IO. DANIEL HENRICVS.

MVSAEVS 1803-15

Löcherhaft

C V M S E N A T V

PRAELECTIONES

PER AESTATEM

(ANNI MDCCLXXXIII)

INDE A DIE XXV APRIL, HABENDAS

INDICIT.



G I E S S A E

APVD IO. WILH. BRAVN, ACAD. TYPOGR.

D. IO. GODOFR. SIGISM. ALBR. BVCHNER, hor. IX-X. & XI-XII. ad HILFELDII iurisprudentiam forensam secundum ordinem pandectarum commentabitur. Hora auditoribus commoda, historiam iuris praeunte SELCHOVIO enarrabit.

D. CAROL. GROLMAN h. X-XI iuris naturae atque gentium principia, *Grosio* praeunte, proponet, h. III-IV & IV-V theoriam processus ciuilis ex suo libro (cuius secunda prodit emendatio editio) tradet.

LECTIONES MEDICAE.

D. CAROL. GVIL. CHRIST. MVLLER, Med. Prof. primar. *Priuatim* h. XI-XII. Historiam naturalem regni vegetabilis ad filum Systematis Linnaeani tradet. Materiam medicam horis auditoribus commodis docebit, & lectiones mineralogicas *priuatissime* offert. *Publice* excursiones botanico-mineralogicas instituet.

D. IOANNES FRIDERICVS SIEGESMVND POSEWITZ P. P. O. praelectiones chirurgicas, secundum *Metzgeri* institutionem habebit, artis vero obstetriciae theoriam ac praxin secundum *Stenii* Anleitung zur Geburtshülfe &c. &c. hora ante meridiem decima propositurus. Organorum etiam sensus humani multiplicis externi demonstrationes offert.

D. ERN. LVDOV. WILH. NEBEL h. XI per quadriduum hebdomadis medicinam forensam, praeunte libello cl. *Metzger*, explanabit. Reliquis binis diebus politicae medicae potiora capita, filum b. *Baumeri* nostri sequenturus, illustrabit. Hora II therapiam generalem exhibebit. Et, si auditores concupierint, theoriae medicae elementa proponet, in quibus cl. *Stoll* (*Versuch einer medic. Beobachtungskunst*) auctorem sumet.

D. FERDIN. FRANCISC. HESSERT post reditum praelectiones annunciabit.

LECTIONES PHILOSOPHICAE.

D. AVG. FRIED. GVIL. CROME, *Oeconom. Statist. & scient. Cameral.* P. P. O.
I) Hora X-XI. *Politicam*, seu *Politicen*, proprie sic dictam: (*Policy-Wissenschaft*.)
II) Hora III-IV. *Geographiam Imperii Germanici, nouissimam*:
III) Hora IV-V. *Politicam*, vt dicunt, seu scientiam Ciuitatis instituendae & administrandae, (*Politik*) ad filum suum, (*Grundriß eines Systems der Staats- und Cameral-Wissenschaften, von Dr. A. F. W. Crome. Gießen 1803. b. Tasche und Müller.*) exponet. Nec iis deerit, qui *Rei saltuariæ, Oeconomiae rurali, seu Statisticae*, vt vocant, *Germaniae* &c. operam nauare velint.

IO. FRIDER. ROOS, Philof. D. & Histor. P. P. O. *Historiam regnorum & re-
rumpublicarum Europae* h. X, *Historiam catholicam* (vulgo *uniuersalem* dicunt)
h. XI, *Historiam imperii R. G.* h. III, *Galletto, Beckio ac Puettero* ducibus, senis
per singulas hebdomades horis, *priuatim* exponet. *Graecarum, latinarum, angli-
carumue* literarum amantibus *priuatissimam* offert operam.



LECTIONES THEOLOGICAE.

D. IOH. GEORG. BECHTOLD hora VIII. matutina *theologiam dogmaticam*, nostris temporibus accommodatam, docebit; hora X. *epistolas Paulli ad Galatas, Thessalonicenses, & Ephesios*, interpretabitur; hora II. pomeridiana, binis per hebdomadam diebus, *quaestiones, occasione philosophiae recentioris in theologia Christiana controversas* dilucidabit.

IO. CHRISTOPH. FRID. SCHVLZ hor. VII - VIII historiam reformationis Lutheriae enarrabit. Hora VIII-IX theologiam moralem ex proprio compendio docebit. Hor. IX-X Apocalypsin Iohannis interpretabitur.

CAR. CHRISTIAN. PALMER quinque diebus h. VIII. theologiam moralem, h. X. historiam ecclesiasticam antiquiorem, duce Schroeckhio, bin. dieb. h. XI. praecepta catechetica, praeunte Rosenmüllero, tradet; ter per hebdomada h. VII. examinando repetet historiam ecclesiasticam recentiorem, ead. hor. binis diebus dogmata religionis illustrabit per examina.

IO. ERNEST. CHRISTIAN. SCHMIDT historiam ecclesiasticam antiquiorem, nec non historiam librorum N. T. criticam tradet, paratus quoque ad praelectiones dogmaticas.

LECTIONES IURIDICAE.

D. IO. CHRISTOPH. KOCH Institutiones ex HEINECCIO, ius Canonicum e BOEHMERO, ius criminale ex suo compendio, tradet. Disputatorium quoque offert.

D. IO. DAN. HENRICVS MVSAEVS Hor. X-XI. *Ius Germanicum priuatum* SELCHOVIO duce docebit. Hor. II-III. *Historiam Imperii R. G.* PÜTTERVM secuturus narrabit. Hor. III-IV. diebus Lunae Mercurii & Veneris habebit *Collegium elaboratorio - practicum*; alternis diebus *ius mercatorum & cambiale* ex libro suo tradet.

D. HELVICVS BERNHARDVS IAVP, per semestrem aetivum laboribus academicis denuo vacaturus, hora matutina VII-VIII *ius feudale* duce b. BOEHMERO, hora VIII IX. & praeterea diebus Lunae, Mercurii, & Veneris hora II-III. *ius publicum* S. R. I. praeunte PÜTTERO, habita simul ratione eorum, quae circa formam reipublicae noviter constituta sunt, omni fide & industria tradet.

FRID. LVD. WALTHER P. p. o. per semestre aestiūm hor. IX - X praelectiones in historiam naturalem animalium & arborum, ad compendium suum habebit, hor. XI - XII elementa artis hortos colendi tradet,

G. G. SCHMIDT, P. M. P. O. Mathesin puram h. mat. VI-VII Mathesin adplicatam h. II - III ex compendio suo priuatim tradet, nec non ad lectiones priuatissimas in singulas Matheseos partes paratus erit,

I. C. G. SCHAVMANN 1) *Logicam & Metaphysicam* h. VII-VIII 2) *Philosophiam religionis* h. VIII-IX tradet, simul *Leibnitii* immortalis *Theodicea* & quae *Kantius* de rebus diuinis ratione praecipiente docuit, explicabuntur 3) *artem paedagogicam* h. IX - X docebit. 4) Quae in *Otio hanouerano Leibnitii* eiusdemque *epistolis* memoratu digna dicuntur, narrabit & illustrabit. Disputatorium & examinatorium, publice habenda, offert.

FRID. GVIL. DAN. SNELL, Philos. P. P. O. hora XI - XII *Arithmetica & Algebra* tradet, compendium, quod ipse edidit, secuturus; hora III - IV *principia philosophiae criticae* illustrabit, cl. C. C. E. Schmidii compendio vsurus.

CHRIST. THEOPH. KVINOEL Phil. D. Eloqu. & Poës. P. O. bin. dieb. h. XI. Homeri *Iliad.* L. III. & IV. interpretabitur; h. I. Ciceronis *Epistolarum ad Diu. L. XVI.* & *quat. dieb.* h. XI. *epistolas Pauli minores* explicabit. Bibliothecam publicam diebus horisque consuetis aperiet.

HENRICVS FRIDERICVS PFANNKVCHE, Ph. D. & LL. or. P. P. O. *priuatim* h. IX. in *Iobum*, h. XI. in *epistolas N. T. catholicas* commentabitur; h. vero II. *linguae hebraicae* elementa tradet. *Publice* dialecti *Syriacae* institutiones cum interpretandi exercitatione coniungendas offert.

G. KEMMERER Scientiar. militar. Professor def. post aduentum praelectiones indicabit.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

FRANC. THOM. CHASTEL, Linguae gall. P. p., lectiones priuatas theoretico-practicas, tum grammaticales, cum explicatorias, sua ipsius minori grammatica & autore classico de Marmontel, de *Belisaire*, praeuentibus, in hoc semestri hyberno inchoatas, per instans aestiūm continuabit; ad priuatissimas lectiones gallicas, in omni litterarum genere, per totum semestre habendas paratus erit.

Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de-luculenta *equitandi, pugnandi gladio, saltantique* palaestra, *Anglicae, Gallicae & Italicae* linguae scholis, per magistrōs eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.